



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 78. Atrebatis congressus de pace Maximilianum inter & Ludovicum
XI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

§. LXXVIII.

Sæcul. XV.

A.C. 1482.

Atrebatensis congressus de pace Maximilianum inter & Ludovicum XI.

Extorto Archiducis consensu, quanto-
cius Gandavenses Deputati Ludovi-
cum XI. tum Clerici agentem adeunt.
His perbenigne exceptis Rex spoondit,
se Atrebatum, ubi congressus utrinque *Noti Commis-*
decretus celebraretur, Legatos suos mis- *Tom. V.*
surum. Aderant Regis nomine Cor- *Edit. ult.*
dæus, Catemanus Regius hujus urbis *pag. 272.*
Præfectus, Joannes de Vacquira & Joa-
nnes Guerinus regius domesticæ rei Ad-
ministrator: Maximilianus quoque suos
ablegavit Oratores Joannem Daufajum
Consiliarium, & libellorum supplicum
Magistrum in Palatio constitutum; Gor-
tium Rollandum Consiliarium Bruxel-
lis stipendiarium præter Jacobum de
Heenwerper, qui Gandavensis urbis, &
ceterarum Belgii præcipuarum civitatum
nomine intererat. In hoc congressu fir-
mata erat pax solida, foedusque perpe-
tuum inter Ludovicum XI, Delphinum,
& ipsum Galliarum Regnum; necnon in-
ter Archiducem, ejusque liberos Philip-
pum & Margaritam, simulque stabilitæ
fuerunt nuptiæ Delphini cum Margarita
Ducissa sub iisdem conditionibus, quæ
in sequentibus articulis expressæ ha-
bentur.

G 3

§. LXXIX.